

Regem venturum Dominum

Regem venturum Dominum, venite adoremus.

Iucundare filia Sion, et exulta satis filia Ierusalem,
ecce Dominus veniet, et erit in die illa lux magna,
et stillabunt montes dulcedinem;
et colles fluent lac et mel,
quia veniet propheta magnus,
et ipse renovabit Ierusalem.

Ecce veniet Deus
et Homo de domo David sedere in throno
et videbitis et gaudebit cor vestrum.
Regem venturum Dominum, venite adoremus.
Ecce veniet Dominus protector noster, Sanctus Israel,
coronam regni habens in capite suo
et dominabitur a mari usque ad mare
et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Ecce apparebit Dominus, et non mentietur;
si moram fecerit, expecta eum
quia veniet et non tardabit.

Descendet Dominus sicut pluvia in vellus,
orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis;
et adorabunt eum omnes reges terræ,
omnes gentes servient ei.

Nascetur nobis parvulus et vocabitur Deus fortis;
ipse sedebit super thronum David patris sui
et imperabit;
cuius potestas super humerum eius.

Bethlehem civitas Dei summi,
ex te exiet dominator Israel,
et egressus eius sicut a principio dierum æternitatis,
et magnificabitur in medio universæ terræ,
et pax erit in terra nostra dum venerit.

Venite, adoriamo il Signore, il Re che viene.

Sii felice, figlia di Sion, ed esulta com'è giusto, figlia di
Gerusalemme,
ecco il Signore verrà, e ci sarà gran luce in quel giorno,
e i monti stilleranno dolcezza;
e per i colli scorreranno latte e miele,
perché verrà il grande profeta
ed egli rinnoverà Gerusalemme.

Ecco verrà il Dio-uomo della casa di Davide
a sedere in trono. Voi vedrete,
e il vostro cuore ne godrà.
Ecco verrà il Signore, nostro protettore, il Santo
d'Israele, portando in testa la corona del regno;
e dominerà da mare a mare,
e dal fiume fino alle ultime zolle della terra.

Ecco si mostrerà il Signore, e non darà buca;
se facesse ritardo, aspettalo
perché verrà e non sarà lento.

Discenderà il Signore come la brina sul vello,
sorgerà nei suoi giorni la giustizia, e pace in
abbondanza,
e lo adoreranno tutti i re della terra;
tutte le nazioni presteranno servizio a lui.

Nascerà per noi un piccolo, e sarà chiamato "Dio
forte";
egli sederà sul trono di Davide, suo padre,
e regnerà sovrano;
e il segno del suo potere sta sulle sue spalle.

Bethlemme, città del Dio altissimo,
da te uscirà il dominatore d'Israele,
la cui manifestazione è come dal principio dei giorni
eterni,
e sarà magnificato al centro di tutta la terra,
e ci sarà pace sulla nostra terra, quando sarà venuto.

(trad. G. M.)